

Marcelinus Corius iuris viri que Doctor, SS.^{ma} Dni Nri Papa Capellanus,
ac iuris Palatii Apostolici causarum, nec non sacre Rote Auditor, Causa que
infra scripta iudex Commissarius Apostolica auctoritate deputatus. Invenit, et
singulis Dominis, Abbatibus, Prioribus, Propositis, Decanis, Rectoribus, Theaurariis,
tam Cathedralium, quam Collegiarum Canonici, Parochiales que Ecclesiarum, Pectora-
bus, Capellanis, ceteris que Presbiteris, Clericis, Notariis, et Tabellionibus publicis,
quibuscumque ubique pro tempore Constitutis, illi que vel illi, ad quem vel ad quos
presenter nostre littere pervenerint aut perventurum salute in Domino. Et Nove-
ntis nuper presentatam fuisse nobis ex parte prelibati SS.^{ma} Dni Nri Papa
Apostolicarum supplicationum, sue Commissionis in calce presentium de verbo ad verbum registra-
tam. Cuius Apostolicarum Commissionis vigore vobis omnibus, et singulis supra dictis et Ves-
trorum Cuiuslibet in solidum committimus, et in Virtute S.^{te} Obedientie mandamus, quatenus
statim illi, receptis que presentibus, et postquam presentium vigore pro parte et ad instantiam,
Venerabilis Confraternitatis, et Congregationis sub invocatione S.^{mi} Proximi in Ecclesia Sancti
Antonii Patavini tam fuerint requisiti, seu alter Vestrum fuerit requisitus, peremptorie,
citari, ac citari faciat, et procurator Venerabilem Confraternitatem erectam sub titulo SS.^{mi}
Proximi in Ecclesia Sancti Jacobi Oppidi Montille, omnes que alios sua quomodolibet
interesse putantes, et in executione presentium nominandos, et cognominandos personaliter,
et eorum personas commode habere poteritis, si minus in propriis solis illorum habita-
tionibus, si tutus patuerit vobis accessus, alioquin in Maiori Ecclesia Cordubensi, seu
Parochiali, seu Parochiali Ecclesia, sub quibus morantur, prout nos sic citamus
per presentes, quatenus sexagesima die a presentatione, et executione presentium
computanda, compareant Rome in iudicio legitime coram nobis, per, vel Procura-
tores suos legitimos ad deducendum, et allegandum quodquid voluerint allegare.
Quod si in termino prefixo non comparuerint, nos nihilominus ad ulteriora
procedemus in presenti Causa per Contradicta, usque ad sententiam definitivam,
alia que graviora iuris, et facti remedia dictorum Citatorum Contumacia, vel absentia
in aliquo non obstantibus prout nos sic citamus eisdem per presentes. Insuper
inhibeamus prout nos tenore presentium inhibemus omnibus Dominis, Fidei libus,
iudicibus, Theaurariis, Commissariis, delegatis, subdelegatis, et alijs quibuscumque
et proserim dictae Venerabilis Confraternitatis, erecte sub titulo SS.^{mi}
Proximi in Ecclesia S.^{ti} Jacobi adversaria, ne sub mille Ducatorum auri, vel
Camera loci per arbitrio nostro applicandorum, alijs que arbitrio nostro & peni-
tudeant, seu presumant quidquam in huiusmodi Causa ne coram nobis introducta
et indeciapendente, innovare, vel attentare in prejudicium, et gravamen

Supradicta Generalis Confraternitatis et Confratrum sub invocatione S^mi
Rosarii in Ecclesia S^{ti} Antonij Patavini oppidi Civitatis nuncupato Montilla
ac in iurisdictionis nostre, imo Verius S^{ss}e Sedis contemptum, et viligendum.
Quod si secus factum fuerit, id totum revocare, et in pristinum statum reducere
Curamus, iustitia mediante. Alterius ex parte nostra, imo Verius S^{ss}e autho-
ritate prefata moneatis, et requisiti prout nos presentium vigore monemus,
et requirimus omnes Dominos, officiales, Iudices, Colegas, Capitula, Archipresbiteros,
et alias quascunque Personas habentes, et habere scientes Scripturas, actus,
et documenta quacunque quomodolibet Concernentia presentem Causam,
quatenus infra sex dies a notificatione presentium omnes Scripturas, actus,
et documenta prefata libere Exhibeant, et tradant dicta Generali Confrat-
ternitati S^mi Rosarii in Ecclesia Sancti Antonij instanti, vel Procuratori
suo, illa que transumptari et Compulsari sinant, et permittant, clausa de-
inde et sigilata ad Romanam Curiam, et ad nos Exinde transmittenda,
habentes ad exhibendum, et scientes ad revelandum per Censuras Ecclesia-
sticas appellatione postposita Compescendo. absolutionem vero in premissi-
nobis, vel Superiori nostro tantummodo reservamus, in quorum fidem
has presentes fieri, et per infrascriptum nostrum Notarium subscribi, et
publicari solito que sigillo iurimus Communi. Datum Rome ex aedibus
nostris sub anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo septin-
gentesimo trigentesimo secundo indictione decima die vero octava mensis
Martij Pontificatus autem S^mi Dⁿi N^{ri} Domini Clementis divina
Providentia Pape duodecimi anno eius secundo Presentibus Dominis
Lucio de Amicis, et Ciriaco Blondo Constabilibus testibus & Henricus
dicta Communionis talis est videlicet. Beatissime Pater exponitur hu-
militer Sanctitati Vestre pro parte devotorum illius Oratorum Confrater-
nitatis, et Confratrum sub invocatione S^mi Rosarii in Ecclesia Sancti
Antonij Patavini ab antiquissimo tempore erecti in oppido Civitatis
Montilla nuncupato Cordubensis Diocesis, quod licet dicti Oratores
sint in quiete et pacifica possessione secundum eorum instituta Rosarium
per vias publicas recitandi, ac certis horis, et diebus ad sonum campanae
salutationem Angelicam indicendi, aliasque alias functiones ad laudem, et
honorem Dei pare celebrandas cum maxima populi edificatione. Nihilomi-
nus altera Confraternitas erecta sub titulo eiusdem Rosarii in Ecclesia

fr. Jacobi dicti Opidi adversaria, post prestitam ab ipsa tot annorum
acquiescentiam, insurrexit, ac perturbare intendens erectam, confraternitatis
Oratoribus, et praesertim quæstionem elemosinam sub pretestu quod in
eodem loco. Duo Confraternitates sub eadem invocatione non essent manute-
ribiles, fuit sub eodem pretestu delata Controversia coram Ordinariis Cordu-
bensi, placuit eidem Ordinariis per sententiam definitivam, seu decretum de-
finitivum pronuntiare quod confraternitas Oratorum omnino titulum, et in-
vocationem mutare deberet, quo Vero ad mantentionem, in Exercitiis suarum func-
tionum, et praesentiaurum audire noluit; quamobrem per Oratores prefa-
tos recursum habito ad Nuntium Apostolicum in regnis Hispaniarum commorantem,
facta que coram eo exhibitione mutandi tituli, ad formam dictae sententiae,
seu decreti late, seu lati per Ordinarium Cordubensem prefatum ita tamen quod
idem Ordinarius quoad reliquas pretensiones utrique parti ius diceret.
Nuntius prefatus remittit ad dictum Ordinarium, ut admitta mutationem dicti
tituli, partes quoad reliqua prout de iure audiret. Vero quia Ordinarius
prefatus partes hac in re indulgere noluit, quin prius declarabit mutationem
tituli a se declaratam, et demandatam, ac a dictis Oratoribus exhibitam,
et a dicto Nuntio approbatam satis non esse ad intentum, ut prosequi possent
functiones, et exercitia sui instituti. Cumque decretum huiusmodi sit valde
perjudiciale dictis Oratoribus, et gravamen inseparabile eidem inferens. Ideo
Oratores prefati in notorie lori, et gravati, attento notorio, et perperuo perius
dicto ad sedem ^{cam.} Ap. intra legitima tempora appellaverunt. Dignetur itaque
Sanctitas Vestra Causam, et Causas appellationis, et appellationum huiusmodi
ac nulli satis ex tribus iniquitatis, et iniustitiae, attentatorum, et innovatorum
quorumcumque nec non retributionis in integrum prout de iure adversus
quoscumque praesudicialia saltem ex Clavula generali, si qua, ac quam, ac quas
cum omnibus suis incidentibus, dependentibus emergentibus, annexis, et Con-
nexis, toto que negotio principali alicui ex sacri Venerabilis Patris Apostolici Causarum
auditoribus, seu locum tenentibus audiendi, cognoscendi, dicendi, sine que debito ter-
minandi sumariis prout in beneficiis libus committere, et mandare cum facultate
citandi dictum adversarium, omnes que alios, quos opus erit etiam per Edictum
publicum Confito aliis que, et quibus videbitur sub sententiis, censuris, et penis,
inhibendi Contradictores incidere declarandi, aggravandi, reaggravandi
et interdicendi ausum illi quem invocandi, incepta, et in ^{re} data quaecumque prout

de iure revocandi fatalis, quatenus durent arbitrio suo prorogandi; quatenus de-
lata sint, oratores adversus eorum lapsum rem iudicatam, et alia quaecumque pro
iudicialia prout de iure restitutionem in integrum, alia que faciendi, exerceendi, et
consequendi necessaria et opportuna, promissis, et Constitutionibus, et ordinatio-
nibus Apostolici Nro Palatii, et Curia ceteris que contrariis quibuscumque
statum pro plene de mandato Nri Dni Nri Pape. Audiat Magister
Maxelinus, citet etiam per Edictum, inhibeat etiam sub Censuris, revocet,
proroget, restituat, procedat ut petitur, et iustitiam faciat. Placet Dominis
Nro Pape = D. Cardinali Salvati = D. 3 Cancellarius Regens = et quia dñy
Cecilia sacri Palatii Apostolici causarum et sacre Rote Notarius de
premissis rogatus fuit. Ideo Cyriacus Blondus eundem sacre Rote Notarius
presens citationis cum inhibitione, et litterarum Compulsorialium instru-
mentum pro eo subscripsi et publicari requisitus = Loco et sigillo et signi